



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annales Ecclesiastici

Jncipiens ab Anno Domini CCCC.XL. perueniens vsque ad D.XVIII. inchoatur
ab Imperio Justini senioris: complectitur Annos LXXVIII.

Baronio, Cesare

Coloniæ Agrippinæ, 1624

Iesv Christi Annus 446. Leonis Pap. Annus 7. Theod. 39. Valent. 22. Impp.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14573

chrum est in Ecclesia S. Honorati extra muros Arelatæ, in capella subterranea, quæ est sub altare maius dictæ Ecclesiæ. Sepulchrum erat opertum prægrandi lapide marmoreo: & in fronte dicti lapidis leguntur hæc verba: Sacrosanctæ Legis Antistes Hilarius hic requiescit.

Extant & super sunt in eadem capella fragmenta tabulæ marmoreæ, ex quibus Epitaphium subleuens literis Romanis scriptum eliciuntur:

Antistes Domini, qui paupertatis amore
Præpositus auro rapine cælestia regna
Hilarius, cui palma obitus, & vincere Christus,
Contemnit, & erat terreni corporis usum
Hic carnis spolum liquit ad astra volans.
Spernit opes dum querit opes mortalia vitans
Perpetua cælum dona terrestribus emit.
Gemma sacerdotum, plebique orbis magister:
Rostica qui etiam pro Christo munia sumens
Officio vixit minimis sed culmine summus.
Nec miramur post hæc meruisse lamina Christi,
Anglicæque domos intravit, & astra regna
Diuitias Paradysæ suæ fragrantia semper
Gramina, natantes diuini floribus hortos
Subiacet, videt nos, & sidera cæli.

* subie-
ctæque.
XV III.

Et ad postremum illud satis ad coronam Hilarij, quod hæc pro tuendis (vt sibi videbatur, iuste) iuribus Ecclesiæ Arelatenfis offensam meruerit tanti Pontificis; tamen quod sanctitate non vulgari claruerit, in publicis Ecclesiæ etiam Romanæ monumentis titulo meruit sanctitatis adscribi, annuæ insariæque memoriæ eiusdem vbique locorum dies natalis coli. Cui sic ad breue temporis spatium contigit ob Ecclesiasticas controversias resillire, vt maiori postea impetu, ardentiori quoque animo, & acriori studio ferretur in hostes. Certe quidem hæc, medio cre specimen edidit Christianæ modestiæ, dum ita exagitur tam à Pöfifice, quam ab Imperatore (sicut enim fecimus leonis, ita & ita Regis) tamen omnino conqueuit, neq; contrarij editis, Apologijs suam causam defendit; cum alioqui id præstandi, & vis eloquentiæ ipsi suppetere, & iura à prædecessoribus præsentia suffragarentur.

a Rom.
Martyr.
die 5. Marj
HILARI-
VS SAN-
CTITATE
CLARVS.

b Prou. 19

XIX.

Quod verò ad eiusdem Hilarij lucubrations pertinet, nulla præterea nobis in cuius eius monumenta super sunt, nisi data ad sanctum Augustinum epistola aduersus Pelagianos eius enim fuisse discipulum, superius dictum est, vitam quoque S. Honorati primi cultoris in sulæ Letinenfis, ac deinde Episcopi Arelatenfis, sui ipsius prædecessoris conscripsit, quod restatur Gennadius, & alij post eum: est enim funebris oratio, quæ res ab eo gestas est profectus: sed eam quidem came hinc que obductam, latentè diu, haud prædela in lucem Parisijs edidit vir doctissimus Gennadius: cui bene opteamur, quod ex ea rescellantur fabulae, seu potius sunt dice, da deliria incerti auctoris operis tribus libris distincti de vita S. Honorati, quo in primis fingitur idem S. Honoratus Nicomediæ Regis filius & alicuius ad genus, quæ non sine nausea legi possunt, nisi ab eo, cuius sit stomachus ferreus, & ignorantia vndique obducta robigine.

c Gennad.
4 dep.
VITA S.
HONORATI
AB
HILARIO
SCRIPTA

XX.

Ceterum quod ad S. Honorati genus atque patriam pertinet, ex Senatoria illustri familia, eademque Consulatus dignitate aucta orrum, idem tradit Hilarius, fuisse que patria Arelatensem, idem non obscure significat, dum ait ipsum, duce S. Caprasio sene, conuersum in monachum, germanumque nactum comitem Venantium nomine, vitandæ gratiæ humanæ laudis iter arripuisse Orientem versus, nauigioque peruenisse in Achaiam: vbi defuncto eodem ipso fratre Venantio, ipsum Hilarium cum suis haud leniter agerantem, in iussu consilium patriam reuertendi, & licet quæ patriam fuerit, expressè non nominet, tamen Arelatum significat, dum auctor ipse Hilarius pro cœcione alloquens suos Arelatenfes, illis planè verbis insinuat, vbi ait: Hinc iam vobis Honoratum vestrum Christus reducit, & occidit manu salubritatem regressus sui temperat, &c. quem ergo ad suos Arelatenfes reductum atque regressum tradit, sanè inde recessisse significat. Reduentem verò, primum omnium, consilio Leonij Foroiulienfis proximè degen-

HONO-
RATI
T. & S. R.
V. COM-
PEND. VM

tis Episcopi, incoluisse in sulam Letinensem à serpentibus obiectam, illicque, cedentibus illis, ecclesiam & monasterium ærexisse, excepisseq; à siculo profugos ad vitam monasticam excolendam, doceret: sed & Arelatum cum redisset, & conuersum à vita seculari ab eodem Honorato, idè qui ea scribit, affirmat Hilarius: nam ait: Tunc primum illam patriam, quam fugendam dudum crediderat, agnouit: ducit me secum, si quem prædam gaudet, triumphat, exultat, &c. recentè eius in Episcopum Arelatensem assumptionem, ac tandem ægritudinem, obitum, atque funus. Ad postremum verò eiusmodi precibus, more maiorum: eundem in cælo regnantem Honoratum interpellat, quod certe scierit, Deamicos, defunctos licet; humana curare; ait que: Memento itaque, amice Dei, memento iugiter nostri. Deo in oiniquitatis assidue canens illud canticum nosuim, & sequens agnum quocumq; prædit: tu illi pedes sequi, tu pro nobis patronus, orationum nostrarum interpres acceptabilis & fortis asseror, profusus ad sepulchrum tuum alumni gregis preces perfer: impetra, vt in inspiratione communi omnes simul, sacerdos & populus, quæ iussisti, quæ docuisti, obtinere mereamur. hæc Hilarius: qui ite in Episcopatu successit illius fuit, ita in præfectura cænobij Letinenfis post eundem S. Honoratum Maximus Abbas fuit electus, vt S. Eucherius in libello de laudibus Eremi declarat, At verò ipsam Hilarium sub Imperatoribus Valentiano & Marciano diem clausisse extremum, Gennadius auctor est, quem tamen corrigis ex his, quæ dicuntur inferius anno quadringentesimo quadragesimo nono, ad quem annum S. Hilarius peruenisse demonstratur, decessisseque sub Consulari Alterij & Protogenis sub Theodosio & Valentiano Imperatoribus.

Hucusque, in presentem videlicet annum, S. Prosperi Chronicon peruenit, quod habetur: vt intelligas ipsum principio & fine eare, decurrat quæ esse: liquidem Cassiodorus de ipso ait: Sanctus quos, Prosper Chronica ab Adam ad Genserici tempora, & vbi de prædicatione vsq; perduxit, mutilata quidem esse omnia, quæ præcesserant vsque ad finem S. Hieronymi Chronicon, & alia deesse in fine, lector intelligit.

XXI.

IESV CHRISTI

Annus 446.

LEONIS PAP. THEOD. 39. IMP. ANNUS 7. VALENT. 22.

QUADRINGENTESIMVS quadragesimus sextus Romani annus tertio Aetij Consulari cum Symmacho aperitur, nouis cladius Romano Impero ærumosus, æreni Africa, Hispanijs atq; Gallijs à diuersis barbarorum gentibus occupatis, quæ superat Britannia, à Scottis & Pictis inuasa, diu strage vastatur. Sed primum quod ad tempus spectat; ne in errore labendi detur occasio; emendandus est Bedæ rextus in libro de Sex ætatibus, dæ tertium Aetij Consularium ponit sub anno vigesimo tertio Theodosij, quem constat in eius Imperij trigelimum nonum incidisse. Profectus est huiusmodi tragediam luctuosam Gilda Britannus, cognomento Sapiens, stylo lugubri. Meminit autem de epistola tunc à Britannis ad ipsum Aetium, Magistrum militie, iam tertio Consulem hoc anno missa, quæ à Britannorum strages nunciabatur, rogabatur que Aetius præsto esse cum exercitu: ait enim: Igitur rursum miseri miserentes epistolæ reliquias ad Aetium Romanæ potestatis virum hoc modo loquentes:

Aetio ter Consuli geminis Britannorum. & post pauca, querentes inquirunt: Repellunt nos barbari ad mare, repellit mare ad barbaros. Inter hæc oriuntur duo genera sanctorum, ac iugulamur, aut mergimur, nec pro eis quicquam adiutorij habentes. hucusque ex epistola illa Gilda recitat, sed pergit ipse: Interea famæ diuina ac famosissima vagus ac nubundus heret, quæ multos eorum crucientis compulsi præcibus sine dilatione viciis dare manus, vt paucillum ad socillandam animam tibi caperent. Alio verò nesciam: quin potius de ipsis montibus spolunci, ac salibus, dum conferti continuo rebellabant, & tum primum in micu per multos annos prædas agentibus strages dabant, non paucis in homine,

II.

BRITANNIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOTIS.

III.
BRITANNIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOTIS.

IV.

V.
BRITANNIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOTIS.

VI.

VII.
BRITANNIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOTIS.

VIII.

IX.
BRITANNIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOTIS.

X.

XI.
BRITANNIA IN-
VADITUR
A PICTIS
ET SCOTIS.

sed in Deo secundo in illud Phloin: Necessi est ad se diuina vbi humanum esset auxilium. hęc ipse. Subdit vero multis nar- rase, quę apud Paulum Diaconum post mentionem ha- bitam de epistola a Britannis ad Aćium missa his addun- tur: Dicitur autem in anno 446, quod contra vicinos ipsos non parum existeret: quidam Britannorum strenue resistentes hoc ab- signant, quidam vero eorum hostibus subijciuntur. Donque subactam Picti extremam cum insule partem, eam sibi habitacionem fecerit, nec inde ultra hactenus valuerunt expelli. At vero residui Britan- norum aliam contram Scotorum imperio foris arerent, vltro iam de Romanorum presidio discedentes, Anglorum gentem cum suo Rege Pertergno ad defensionem sue patrię vocauerunt: quos cum adu- sabilis societate excepisset, verum in contrarium vice pro adiutorio im- pugnaturos esse sentierit. Saxones hos nominat Gilda, alij vtro- que iuncto nomine, Anglosaxones. Quando autem Angli potiri sint insula, suo loco dicitur sumus.

III. Sed vnde tot mala: non aliunde quidem, quā ex erum- pte fatuigine peccatorū: quod pluribus a vehemē- tibus idem Gilda deplorans, ista subinfert de Britannis non tantum omni genere sortium inquinatis, sed odio & irā (quod deperatorum est) aduersus optimos exardecēti- bus: Siquis inquit eorum mittor, & veritati aliquatenus pro- pter videretur in hunc, quasi Britannia subactorem, nonnum odia, telas, sine respectu contrarguerentur: & omnia, quę distulcerunt, Deo placuerint, aequali saltem lance pendebantur, ac paulo post: Et non solum hęc facularet viti, sed & ipse grex Domini, eiusq; pa- flores, qui exemplo esse omni plebi debuerunt, obierant: quampluri- mū, quā vno madidioribus, resoluti, & animositatem tumore, iurgiorum contentione, inuidie apacibus vnguli, indistreto boni malig, in dicio carperantur, &c. pluribus profecuntur eorundem telera: nec sibi fatice eo commentario miscere cum luctu querelas, sed piuarum) conscripserit aduersus clericos inuectiuam, quam cuiusmodi notauit titulo: In Ecclesiasticum ordinem actus oratio. cuius hic saltem reddemus exordiu, ex quo cetera medietis:

IV. Britannia habet sacerdotas, sed nonnullos insipientes: quam- plurimos ministros, sed multos impudentes: clericos, sed quosdam raptores & subdolos: pastores, (vt dicitur) sed occisionum animarum luparatos: quippe non commoda plebi promittentes, sed propropi- plenitudinem ventris querentes: Ecclesie domos habentes, sed turpi- tudini lacri gratia eas aduētes: populos docentes, sed prabendo inter- dum peccata exempla, vicia, malosq; mores: rade sacrificantes, ac rade puro corde inter altaria stantes: plebi in ed peccata non corripi- entes; nimirum eadem agentes, praecepta Christi spernentes, & suae libidine viti omnibus implere curantes: sedem Petri Apostoli inmundam pedibus aliquos vsurpantes, sed merito conditatis in lu- da traditoris persistentem cathedram adscendentes: septius detra- hentes, rade vera dicentes, veritatem pro inimico odientes, ac mentis ac si carissimum siatribus sanentes: in sororinos, inanes quasi angues cor- nu vultibus conspuentes, & secleratos diuini abij, vltro veretudine respiciunt sicut entes: Angelos venerantes: regē et elemosinam esse dandam summū labijs pradicantes, sed ipsi vel obolum non dantes: nefanda populis seclera tacentes, & suam iniurias quasi Christo irro- gatas amplificant: religio am forte matrem, seu sorore: illo mo pel- lentes, & exterius veluti secretiori ministerio familiariter inuocentur accipientes, & addit de inexpabili eorum appetitu gloriae & ambitione, de auaritia, simonijs, praeposteris que ordi- nationibus. Sed omnium veteice sententiam pitecedinum & cloacum turpitudinum penetrat: vt planē manibus sic contrectate iustum liberatumque aqua lacte Dei iudi- cium, cur incola seclerati dati in gladio, & punientes eos barbati pro mercede sint vocati ad fidem: vt ita illam contigeit impleri sententiam: Non plebs mea vos: & vocabo non dilectam, dilectam; non misericordiam consentiam, misericor- diam consentiam. hęc de Britannis pro temporis ratione modo fati.

V. Sub huius quoque anni Consulibus (inquit Marcellinus) in- genti terramotu per loca varia imminente plurima vrbes, a Dyssie (nempe Regie ciuitatis Constantinopolis) muri recentis adhuc adificatione constructi cum quinquaginta septem turribus corruerant: saxa quoq; vgentia in Foro Traur, dudum super sese in adificio posita, sine vltimo lesione collapsa sunt: pluribus nihilomi- nus ciuitatis in collapsis, famis & aeris pestifer odor: multa milia hominum, inmentorumq; delcuit. hęc Marcellinus. Hicille

planē est paueudus & horribilis terramorus, in quo, sur- lum turbine sublato puero; auditum est ab eo cani Trifa- gium: quantum apud Paulum Diaconum atq; Cedrenum perpetam ponatur anno trigesimo. Theodosij Imperatoris apud alios, verō ante biennium. Sed cum nulla sic memo- ria annis superoribus, dum sedit Proclus, sub quo om- nes id contigisse ferunt, terramotum alique factum esse, nisi hoc anno, quō a Matcellino ponitur, eidē asserit- tur, vt antiquiori omnium Chronographo, merito quoque in eam imus sententiam, vt hoc anno id accidit.

VI. Huius quidem tanti prodigij cum plures auctores me- minerint, Nicephorus ē veteribus illud exactē describit his verbis: Adhuc Theodosij imperabat, & terramotus magnus & admirandus extitit, qui priores omnes magnitudine, celeritate, & temporis diuturnitate facile superauit. Num ad mensis sex ma- xime durauit, & non exiguu uado, sed motu continua omnia con- cussit, idq; per Orbem seclē vniuersum: adeo vt non solum in vrbe imperante, (nempe Constantinopoli) turres in praecipio ceciderint, & murus varij in loca ruptus sit, verum etiam Oberfensum adifi- cium illud quod Macrochicos, hoc est, longum murusq; vocant, si- mul omne concussit, & innumerabilia vbiq; locorum magnorum operum, templorumq; adificia passum seruit.

Terramotus iste Alexandria quōq; attigit: Antiochia autem impetu vehemētiore imminens, praecipua quęq; speculaculo maxime commouit. Et innumerabiles accidit e cala, non terrā tantū, verum etiam mari. Alicubi etiam terra deli, cens vicos frequētes absorbit: alicubi fontes non exigui subitō exarere: quibusdam in loco vberim aqua profusit, quę ibi antea esse solita non fuerit: ex- bores multa vna cum irancu suo radicitū euulsa: aggreges plurimi dereponē existeres, in montes: gētes conformati. Mare terminos suos transgressum, pisces ingentū magnitudinis mortuos velut fundā eiecit. Insule plures vna cum in colu suo submersa hodie quoque non apparent. Naves vndo ex- forim de cedentibus, in arida, velut medio mari, immobili consistere vife. Cladem ex eo spū amota plurimum sensere Bithynia, Hellespontus, Phrygia, & Orientis pars ma- xima: sicuti dictum est, inuasis quo Occidentis regiones plures. Et cum longo dū, per d tempore, non eā quā uaperat vehemētia grassa- ri perferauerit, verum sensim de impetu aliquid remisit, donec pro- fusu conuenit. Clades ea talis fuit.

VII. Byzantij autem in maximum conuicti metum, à ruinis adifi- ciorum sui timentes, muros reliquerunt, & extra vrbem in Campo, qui dicitur, morati sunt vna cum Imperatore Theodosio & Pa- triarcha Proclo contram praecipuos incumbentes. Deumq; vt propiti- us efferet, & ab imminente calamitate Orbem liberaret, obte- stantes. Et cum aliquando motu eo grassante, terra veluti fluctuans concueretur, & homines per metum am ex fundamentis ipsi excipitatum iri vererentur, & omnes litanij & supplicationibus delati collachrymarent, & ex profundo intimoq; animo miseri- cordiam diuinā implorarent: tum miraculum pater opinio- nem omnium, quod sensim & mentem omnem excedat, sed sca- tum est.

IX. Subitō namque ē medio, spū antibus omnibus, diuinā quādam vi puer in aere sublimi ad caelestem vsque radium, ita vti tamē apparet, sublatus, diuinam vocem, quā Angelus Deum laudibus ser- uo more est, audiuit: eāque voce perceptā, rursūm prius puer per ae- rem viā rader su descendit: & vpsū prolo ipse, Imperatori, & multitudine omni supplicationibus operam danti, Deumq; hym- ni celebranti, ab Angelis canentibus se verba hęc audisse, renuncia- uit: SACRVS DEVS, SACRVS FORTIS, SACRVS ET IMMORTALIS, MISERERE NOSTR. Quę vbi Proclus intellexit, statim ad eum modum populū psalterio misit: & terra- motus statim etiam cessauit, omninoq; quiescit. Imperator verō Theodosij, & in summis admiratione omnium digna Pulcheria, tanta miraculo percussis, constitutione Imperiali consistit, vt per Orbem omnem hymnus diuinus iste conuenerit, decreuerunt. Et ex eo tempore Ecclesia Christi eum acceptum, non quō liber tantum a- ter vsurpat, sed etiam (vt simpliciter dicam) ptem libet carminis & laudis Dei in toto ante omnia pleno ore prauitit. Puer verborum eorum mysterium excoctus statim vitā defunctus est, & in magna Ecclesia, quę P. xii nomine obteret, conditus. Locum autem, in quo ille in subline actus est, postea vbi dicitur, id est, Diuina exaltatio, vo- catus est. Notum ventum pra vrbe Constantinopolitana pfectans, &

X. Meruitres tanta ad posterorū perpetuum monumen- tum

VI.

VII. MISERAN DI CASVS EX TER- R. MO- TY.

VIII. QUA PAS- SA CON- STANTI- NOPOLIS EX TER- REMOTV.

IX. PRODI- GIUM DE IVERO.

X.

PUBLICA
TESTIJI
CATIO
MIRACY
LL.

tum antiuerfariâ conſecrati memoriâ, tabuliſq; adſcribi
Eccleſiaſticis, dieſq; ſignari, quo tale prodigium hæcenus
inauditum euenit: conſervant eam reuerenter Græci, qui
ex antiquo ipſorum Menologio eadem annuatim in Ec-
cleſia publice legunt, quæ ſic ſe hebet: Die ſeſſima quartâ
Septembris, imperante Theodoſio, terræ motus factus eſt magnus, &
talis, qualis nunquam antea factus fuiſſe commemoratur. Quo ſe-
ditum eſt, vt totus populus vnâ cum Imperatore & Patriarcha exiret
extra urbem in locum, qui dicitur, Campus, propterea quod ſine
oſſatione aliqua erat illa terrarum commotio. Cùm igitur imperator
ipſe Theodoſius, & Præſulis Patriarcha, & totus populus litanijs
& ſupplicationibus diuinam opem implorarent: repente puerulus
quidam de media turba in æceram raptus eſt. Omnes autem præti-
more clamantibus Kyrieleyſon, deſcendit puer, & voce magna po-
pulum compellens, petiit, vt Veſtagium in hunc modum decantaret:
Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus & immortalis, miſerece nobis,
quæcùm dixiſſet, animam Deo reddidit, & terræ motus quieuit. hæc
enim in Menologio, cuius publicæ memoriæ teſtifica-
tione rem tantam teſtatur volumus reliquiſſe.

XI.

Sed et præ ad eum ingentem, omnemq; humanum captum
penitus imperantem, ſpectariſſimus ad hoc oborems teſti-
tibus, nempe ſanctiſſimis Episcopis Orthodoxis tempo-
ris huius ſcripturis rem geſtam, vt ſe habuit, recenſen-
tibus, dum inuehantur in Petrum Episcopum Antioche-
num hæreticum, vt inter alios Aſclepiades Talianus Ep-
ſcopus, qui vbi eiuſmodi narrauit hiftoriam, hæc adiçat:
Hoc clarè non vni, vel duobus, ſed vniuerſa mundo notum ſuit, ad i-
pſum Acacius Episcopos Conſtantinopolitanus de eadem re
Conſtantinopoli ob oculos facta teſtatur. His adde La-
tinos, nempe Luſtinianum ipſi Sicilia Episcopum hæc ead-
em ex Synodo publicè ſcribentem in æque Quintilian-
um Episcopum Aſulanum eodem tempore eadem teſ-
tantem: Idem & ad poſtremum S. Felicem Romanum
Pontificem, ad eundem Antiochenum Petrum ſcribere, &
eandem hiftoriam enarrantem, extant horum omnium
epiſtolæ integræ, nullaque ex parte labefacta: quas con-
ſulere pro tua voluntatis arbitrio poteris, habentur in te-
xtu vnâ cum eiuſdem Felicis Papæ decretis tomo ſecundo
Conciliorum recentioris editionis.

XII.

Porrò diuinitas hoc hominibus tum allatum canticum
nobili ſcriptione explicuit plonibus S. Ioannes Dama-
ſcenus, edito de Triſtagio commentario, narratamque hi-
ſtoriam recenſet ac probat, qui & in libro de Fide Ortho-
doxa rutilum eius meminit, eandemq; hiftoriam repetit,
dicitq; de eodem Triſtagio cognito, atq; in Chalcedon. cõli
Concilio comprobato: poſt enim rei geſte permiſſam
narrationem: *Quia inquit in ſancto & magno ac vniuerſali
quarto illo Concilio, quod Chalcedone coactum eſt, ita cantatum
fuiffe hiæ hinc traditur, ſic enim inter huius ſancti Concilij A-
ctas reſertur. Quamobrem ridiculum ſanè fuerit, illum ab Angeli
prodium, & incambentium malorum depulſione confirmatum,
ac prius titiani à Seraphim declaratum ter ſanctum hymnum, vt
pote quo tres Deitatis perſonæ declarantur, Chriſtus ſinit & nullâ
ratione mixtæ opinionis, tanquam ſciliçet ille Seraphim antecellit,
obteri, ac ſi ſuperis placet) emendari. Oſignem arrogantiam, &
dicam mentiam! Nos vero (diſſimulantur etiam licet demoni)
na dicam) SANCTVS DEVS, SANCTVS FORTIS, SAN-
CTVS ET IMMORTALIS, MISERERE NOBIS, hæc eni
Damaſcenus. Porrò decaſtatim reperitur Triſtagion in
ſine primæ Actiõnis Chalcedonenſis Concilij, vbi Dio-
ſcorus damnatus eſt, eiuſdemq; impietatis conſortes hæ-
retici æque reieci.*

XIII.

Cum autem id, hoc poſitiſſimum tempore, fuerit Ange-
lico miniſterio per puerum hominibus patefactum, cauſa
quidem in promptu eſt. Magè à ſanè diuina prouidentia
factum eſſe viderat, vt cùm Euryches in ſecreto cubiculo
& penetralibus monaſterij, adueſtos Diuinitatem pugna-
rurus, ſuper in eundem obduratè perſidiæ blaſphemix ſul-
mina fabricaret, quibus labefactanda foret, ſi licuiſſet, ip-
ſa Diuinitas, dum ſic in Chriſto vnâ namq; ſicuti vnâ
nam perſonam prædicans, Diuinitatem eſſe paſſam ſicuti
humanitatem, in neceſſariam aſſumptionem deduceret:
aduerſus nouum hunc Hægiomachorum ducem Dei he-
nignitas non fulgur inſolent, ſed canticum præparatit,

quo Diuinitatis immortalitas vbiq; gentium caneretur,
& per ipſum offendiſſe humaniſſimo imploretur. Sic
planè diuina prouidentia eſt humano conſulere generi,
antè parere arma, quam inſer præclium; medicamenta cõ-
ficere, antequam venenum iræ in præcordia patet; antè
venturam famem horrea frumento replere. Quando autè
primùm detectus ſit Euryches, qui diu regimine ſancti-
tatis obiectus delinuit, ſuo loco in ſectus dicturi ſumus.

Sed quid de inſtancione monium collapſorum dicat
vnâ cum alijs Nicephorus, accipe: poſt enim recenſitam
totam illam de terræ motu terram hiftoriam, & canticum
coactis miſſum, ad inſtancione narrationem hæc adiecit:
Imperator vbi terræ motus timore liberatus eſt, illic Conſtantino-
politana vrbis muros reſicere aggressus eſt: & maiorem munitum
partem, qua in ſuo loco ſunt, per dies ſexaginta in eam, qua nun-
ceritur forma Antichini vrbis ſtaturauit, ingenti vrbis amplitudi-
nè præcipua adiecit. Cyrus autem Præſulis Vrbis aliquum
qui conſiderat, & vi temporis labefactatus fuerat, murum renoua-
uit, atq; in ſublimem altitudinem, vrbis veluti in nouam redacta
formam, conſtruxit. Et im aliquando Imperator in Hippodromo
queſte exhibens certamen ſtaret, Byzantijs ſtaturâ Cyri delectati,
magiſicam illam emiſere vocem: Conſtantinus condidit, Cyrus re-
ſtaurauit: Quæ ex cauſa iræ peroratus Princeps, Præſidi dignitatè,
illo ſub præſentibus Græcis ſuperſtitioſis cultor eſſet, homini ad-
mit. & ſuſtantiam eum omnem publicauit.

Hæc quidem paſſus eſt Cyrus, etiã inuidiâ (vt videba-
tur) Principis, iuſto tamen iudicio, ſed non ſuo ceſſit:
Qui enim inter tot ligna atq; prodigia, hæc decorum cultor
perſeueraret, violento aliquo remedio ab eo menti
delitio citandus erat, & ſana menti reddendus: dū nam-
que huic neceſſitatis vinculis alligatus, in ordine redi-
gitur, pro ſalute ad Deum Chriſtianorum, in Eccleſiam
conſugiendo dice inuitus, adire cogitur. Subdit enim de
eodem Cyro Nicephorus: Ille autem animus deſpondens, ad
Eccleſiam conſugi, & in ſacrum ſacerdotum ordinem adiecit.
Synagorum præſenti vrbis. Synagis vbi illum audire Græcorum
ſacra coluſſe, communionem eum ſunt auerſati. Cyrus autem al-
tos in Eccleſia talia verba ſicit: Viri amici, Naturam Dei &
Saluatoris neſtri Ieſu Chriſti ſilencio colamus, quoniam audire
iam ſolo in Virgine ſancta conceptum eſt Dei Verbum. Ergo ſit
in ſcena, Amen. Ac deinde gratias emiſit, & Eccleſiam ipſe go-
bernauit. hæc de Cyri in ſedem Synagorū promotione:
alij autem Cotygei eum dicunt fuiſſe creatum Episcopum:
ſed ex vna in aliam ſedem tranſlatum exiſtimamus. De
templo inſuper ab ipſo in memoriam Dei Genitricis ere-
cto idem auctor hæc ſubdit:

Huius quoque, eſt opus templum Dei Genitricis dicatum, quod Cyri
dicitur: in quo ſama eſt Romanum illum canorem excimium pro-
pter carmina decantata honorum & præſentium virtute à Dei Ge-
nitricis recepiſſe. Templum autem id huiusmodi ocaſione ſit illi ere-
ctum, Cupreſſus in eo loco ingens & procerâ ſuit, in qua ſuperioribus
temporibus, neſcio quomodo, imaginem Dei Genitricis quidam oc-
cultant. Cùm autem multum præceſſiſſet temporis, & imago late-
ret, ipſa ſe ipſam inſpicere, Cupreſſus enim immenſo cornu ſum-
mine, perinde atq; fax vna ardere viſa eſt. & ingentem mir acen-
terum vni ab obſcura & latentè ſuffragia manauit. Vbi autem quidã
curioſitate laudat à arbore conſcendit, imago ea, vnde miraculo-
rum vni profluxit, apparuit. Quapropter Cyri loco in honorum ca-
bens, pulcherrimum & maximam Dei Genitricis conſtruxit tem-
plum, huicque Nicephorus.

Sed quod in his verſetur oratio, rem publicis moni-
mentis æquè teſtatur, & in Eccleſia publicè legi ſolitam
his addimus, quæ ex ſcripto antiquo codice S. Marie ad
Martires eodem argumento edita recitari in Eccleſia con-
ſuevit, his verbis: In Eccleſia S. Sophia Conſtantinopolitana
puteus qui ſanctus dicitur, teſtim cooperatori deaurato, argenteo,
exornato, de quo iſta ſcribuntur. Chriſtianus homo in lamina do-
natus. Et exeret ac imaginem Saluatoris, quam Iudæi odio Chri-
ſtiana religioſi noſtre ſurto abſoluit, cultros, cui vultum punxit,
ex quo ſuſcitò vulneris, magna copia ſanguinis effluxit. Iudeijs vi-
ſus aſperſit: qui in agno timore affectus, eandem acceptam imagi-
nem in propinquum puteum coniecit, & reuerſus eſt in domum
ſuam: quem cum ſanguine aſperſum eum vxor videret, in ſiſticio-
nem adducta eſt, patratu ab eo ſuſcipi homicidium, quod ille cogitauit.

Item,
Damaſci,
de ſide,
Oliba,
lib. 2, c. 10
RECEPTA
A PATRI-
CVS HI-
STORIA.

CVR HOC
TEMPO-
RE TRI-
SAGIUM
PROPAM-
LATVM.

XIV.

XV.

XVI.

XVII.

XX.

C. 10
SVII
8

sed maiorem augebat susceptionem, dum eum timere & tremere crederet.

XVIII

Mane autem factio, venient ex more, qui ex publico puteo haurirent aquam: sed cum pro aqua sanguinem sese haurisse confiterent, magno sunt horrore exterriti: requisitum pro videri iugata, advenit illuc tandem Praefectus urbis, quod existimaret illuc cadavera occisorum effudit. Quae de causa totum puteum iussit exhauriri aquis, in cuius fondo non hominis altitudo corpus occisum invenirent, sed sacrosanctam imaginem Salvatoris, vulnere perforatam, & e vulnere recentem adhuc sanguinis guttam fluere, ut vnde sanguis emanasset, certo indicio doceret. Eam Praefectum accepit ad Imperatorem attulit. Cuius iussu, recepto conis inquiri iubetur, qui adeo sacrilegium facium perpetrasset; promittens indulgentiam criminis, qui sponte sese eum proderet, puerum capiti secum facienti committat. Quae cum iudex voraciter audisset, de viro sua susceptionem concepit, secretum eum detulit Magistratui: a quo iussu apparitoribus captus est, & ad Imperatorem perducitur, remissum ab iis tormentis, ut se habeat, palam fecit, confectum se fore Christianum. Qui vna cum vixor captivatus est. Ipsa vero Salvatoris veneranda imago super puteum collocata est, puerum autem ambitu mirorum intra sanctam Ecclesiam comprehensum. Cuius res gratia Kalend. Nou. in facti memoriam ea historiae referri consuevit. haec ibi: sed quo potissimum tempore accidit, nusquam mentio: non tamen puto ante Nicenam posterio rem Synodum, quod de re tam grandi nulli ibi mentio habeatur.

XIX.

Sed redeamus ad Cyrum: & quid de eo in rebus gestis S. Danielis Stryliti omni fide conscriptis memoria dignum habeatur, hic describamus: qui enim illa collegit Acta, ista habet: Cuiusdam Cyri, qui prius quidem fuit Praeses, postea autem ad sedem Episcopalem civitatis in Phrygia, cui nomen erat Cotyri, electus est, & ab illa postea discessit propter quandam motem adversus eum calumniam, erat filia nomine Alexandra, & eodem modo erat affecta, quo ille, quem prius diximus. & graviter vexabatur a demone. Eius ergo pater, cum Sanctus ei venisset in mentem, ad ipsum ducit filiam, naturalis benevolentia alium committens ad dorem, nempe fidei. Simul atque ergo Sancti manus eius capiti fuerant impositae, fugatus est spiritus; & qua laborabat, statim confecta est sana. Porro autem huic quoque miraculo fuit alterum coniunctum. Iam vero Cyrius Sancto valde confidens, eum vtebatur gratia. Vnde etiam uxorem eius, cui nomen Agrippinae fuerat mandata cura, qua ipsa quoque erat demoniaca, duxit ad ipsum. Nec enim sua sese illi fiducia, sed ea quoque cum filia mandata fuit a rabie demoni. haec quidem (viretor) idcirco Cyrius venit a demonibus aduersa pati, quod diuitis ipse in idolis exultaret eorundem demonum venerator: ut hoc pacto magis magisque in Christiana stabiliretur fide, dum quanta esset demonum imbecillitas, & hominis Christiani aduersus eos potentia, facile intelligeret. Quid autem postea Danieli de acceptis memor beneficiis Cyrius praestiterit, ab eodem auctore accipe: Pro his (inquit) magnus ei habens & agere gratias egerat enim doctus & humani literis eruditus (in postea illic columna, super quam vitam agebat Sanctus, epigramma postea insculpsit, quod sic habet:

CYRI

CONIV-
TYDO
CPH DA-
DANIELI
STRYLITI

Hic stat vir, qui ventos, quibus vnaque impetitur, non timet:
Ambrosia autem vitur alimento, & sic est expertus humana:
Altu vero radicibus fundavit adificium, columnam dupli-
plicem.
Est enim radix Simeon, Filium predicans matris corruptionis expertis.

IRA

CYRI
INSCRIP-
TIONE
LYXNE
DANIELI

ira Cyrus Simeonis Stryliti memoriam habens, quod tam sublime & inaccessibile viuendi genus ipse primus aggressus esset, cuius exemplum Daniel imitatus fuerat. Porro ista de Cyro & Daniele longè post haec tempora contigere, ut ex his, quae de eodem Daniele & Simeone inferius sumus dicturi patebit. Lucubratorum vero nobilissimi Cyri ingenij extat carmen, cuius est titulus, Veritas exulans; quod tempore suarum angustiarum elaborasse visus est. At de Cyro viro clarissimo latius, quem vextatio impietatis exiit, & reddidit Dei beneficio religiosissimum Christianum.

XX.

Hoc eodem anno vigesimaquarta mensis Octobris S.

Proclus Constantinopolitanus Episcopus, ex hac vita migravit: cuius quidem rei testes sunt Graecorum tabulae Ecclesiasticae, in quibus haec scripta leguntur: Commemoratio S. Patris nostri Procli Patriarchae Constantinopolitani, qui sacramentum literarum perit & probitate morum insignis, cum annos duodecim & menses Episcopatum bene exisset, in pace migravit ad Dominum hac die vigesimaquarta Octobris, ita ibi. Nicephorus in Chronico de tempore sedis eius ad ipsum habet: ex quibus emendandus est Nicephorus alter, Callistus dictus, qui sedi Procli annos tantum vnde decem tribuit. De Procli scriptis nihil preterea quam homiliae legi, & de traditione diuinae Missae per breue scriptum, quo asserit Missam proximam olim fuisse, sed a S. Basilio primu, & inde a S. Ioanne Chrysolostomo ob locordiam & tedium iteretium potius, quam astatum Christianorum esse redditam breuiorem.

OBITU
PROCLI
EPISCOPI
CON-
STANTI-
NOPOLI-
TANI.
b Monol.
de 24
Ostobris.
c Nicoph.
h 24. l. 47.

Defuncto igitur Proclo, in eius locum subrogatus est Flavianus. Erat hic (inquit Nicephorus) sacrorum donariorum magna Ecclesiae custos, dignitate presbyter, vita autem celestis praclarus. Creato itaque Flauiano Episcopo Constantinopolitano, Chrysaphius eorum, qui plurimum apud Theodosium Imperatorem valuit, cum minus gratiam haberet eius ordinationem, suggestit Imperatori, ut Patriarchae significaret, & electionis, seu consecrationis gratia ali quod sibi benedictionis loco mitteret manu. Cui sanctus Flavianus panes puros misit. Chrysaphius contra, aurum lo benedictionis esse mitterendum, contempsit. Ille respondit, non sibi se talium rerum copiam, nisi forte ad hoc sacrum viretur templum donari; satias, se re Chrysaphium. Ecclesiae vasa Deo & pauperibus esse debita. His verbis offensus Chrysaphius est, & S. Flavianum in senso habuit animo.

XXI.
d Nicoph.
h 24. l. 47
CREATIO
FLAVIA-
NI EPI-
SCOPI
CON-
STANTI-
NOPOLI-
TANI.

Porro Pulcheria Augusta nihil horum confecta erat. Chrysaphius interim nullum non mouit lapidem, ut Flavianum e sede turbaret. Cum vero id omnino duxit Pulcheria summam rerum administraret, fieri non posse videret: Eudociam Augustam, qua nondum in Palaestina reuersa erat, feliciter, tamquam paucis aduersus Pulcheriam comitans, persuadet, ut Praepositum domus Pulcheriae, qui summam rerum administrabat sibi adficeret. Eudocia persuasa Imperatori tentauit animum, ut Praepositum illum a Pulcheria abduceret. Renuit ille hoc facere, ne Germanus Augustae aliquam videretur inferre iniuriam, cuius ope & consilio iam diu Imperium administraret. Postquam vero Chrysaphius se sua frustratus est, idque ei ex sententia non succurrit: aliam aggressus est viam, Eudociaeque persuadet, ut apud Theodosium agat, quo ille Flavianum secretò inducat, ut Pulcheriam in diaconissam adficeret: sicut enim Confules quidam vi ad Episcopatum assumi, ita etiam & per illustres atque insignes famulas ad illud ministerium delata, erat in usu. Quod cum Eudocia ageret frequenter suggestione, id tandem Theodosio persuasit: qui consilium cum Flauiano de ea re agenda communicauit. Ne vero re accepta, se quod opus esset, facturum promittit. Interim autem Pulcheriam, secretò ea de re datus literis, de omnibus reddidit certiorum monuit, ne ad se veniret, ne quod sibi displiceret, facere cogere.

XXII.
CHRYSAPHIUS
MISCE
DISCOR-
DIAS.

Pulcheria his acceptis, tradito Praeposito domus Eudociae, recessit ab vrbe, diuertit ad Septimum, illic priuatè tranquillam vitam actura. Cumq; hic per Pulcheriam gestu, facile Theodosius & Eudocia intelligerent, Pulcheriam de secretu inquit inter se consilij redditam certior em, in Flavianum conuertunt odium. Pulcheria autem cum in hunc modum se abdisset ab administratione Imperij, delata est ad Eudociam summam rerum. haec Nicephorus: reliqua vero de Flauiano suis locis inferius. Vide quo progrediantur priuata studia aulicorum, cum omnia miscere, labem stare, atque euertere non curent, ut malè conceptas semel aliquando in perniciem innocentium euomat iras.

XXIII.
PULCHERIA AD-
MINIS-
TRATIONEM RE-
LINQUIT
IMPERII.

Quod autem ad ipsam Pulcheriam spectat, intercesserat non nihil offensionis Theodosij & Eudociae cum ipsa, dum arguere ipsa voluisset Theodosiae imprudenciam huiusmodi facto. Iam negligentia quaedam vsu venerat, ut Theodosius oblati sibi libellis, vel alijs ad regimen Imperij spectantibus a ministris scriptis, absque eorum inspectione subscriberet: quod cum periculosè admodum peragi Pulcheria intelligeret, huiusmodi ludo eum cogendum, in animum induxit. Libellum scribit, in quo significaretur, emptam a se esse Eudociam coniungem Augustam, si ipse praederet assensum, oblatamque eadem charità

XXIV.
PULCHERIA VR-
BANE AR-
GUIT
THEODO-
SII IMP-
RVDEN-
TIAM.

Theo-



Theodosio; ipse ex more et abique alia inspectione subscripsit: recepit ita subscriptam chartam Pulcheria: quæ accedentem ad se Eudociam aliquando tenuit, vocatamque ab Imperatore reddere recusavit, à se emptam affirmans, ostendens de rata habita emptione Imperatoris chirographum: sicque falso quidem eiusmodi ioco Augusti officiantiam voluit condidisse ac corrixisse simul. Sed quod veritas odium patiat, & Principes non facile sibi patiantur illud: haud æquo id animo ab Eudocia potissimum acceptum fuit: quæ & in Pulcheriam invidia moubatur, quod videret vitam suam Imperatorem erga forum Augustam esse propensionem, cum illa consuleret de rebus agendis, & refundere in eam, quæ essent maioris momenti, negotia, se vero despici, & limis oculis ab eo conspici: cuius infensi animi aduersus coniugem Theodosio eiusmodi causa precesserat.

XXV.

Oblatum fuit aliquando Theodosio mitæ magnitudinis pomum: quod ipse admiratus, dono dedit vxori. Illa autem acceptum donauit Paulino, quo ob cõsuetudinem rei literariæ familiarissimè vtebatur, non sine aliqua suspitione. Ille verò rerum ignarus, vt conciliatæ sibi Imperatoris animum, illud ipsum ei donauit: qui eo accepto, de dato pomum vxorem rogat: quæ illud se comedisse mentita est: cum illud proferens Theodosius, mendacem arguit & invidiam: cuius rei causa animus Theodosij non nihil ab ea alienus diu perseverauit, iusto interim occidi Paulino. hæc ex Nicephoro, Zonara, & alijs. Porro domestica ista diffidia sunt tandem abdicacione Pulcheriæ confopita.

XXVI.

Huiusmodi autem domesticum bellum in perniciem est conuersum Ecclesiasticum. Conceptumque semel odium aduersum sanctissimum Flavianum, haud abdicacione Pulcheriæ extingui potuit, sed in die magis magisque studio Chrylaphij canuchi incenso, occasio quærebatur eius in ordinem redigendi: desituro namque illo protectione Pulcheriæ, quæ rebus Imperij vale dicto, priuata vitæ otium fuerat amplectata, haud ei difficile vniuersum est, quouis occasione prætextu Pontificem aggredi.

XXVII.

Sed quem vindictam auidè stitenti propinauerit hostis humani generis blasphemiam calicem, suo loco dicturi sumus abundè. Hic planè apparuit euident, quoniam pacto puræ religionis cultu benè administraret Imperium, & quàm felicissimè cuncta succedant, vbi in eo sanctæ religio primùm sibi locum vendicat. iam enim ad quadraginta ferè annorum spatia, Theodosij licet imbellis & consilij inopis, inter tot barbarorum insultus, est Impetium feliciter propagatum, vnà sanctâ virgine pietate pollente habenas regiminis moderante: adeo vt etiam imprudenter aliquando peccare Theodosium ipsam cogitauerit, & de indignationem in se commoueret; tamen misericordiam promeruit, foron monitis acquiescens. Vbi verò se ipsa Pulcheria ab Imperio abdicauit, perinde ac que desituta gubernaculo navis, ventorum impulsu in diuersa fertur: continuo peritura: ita planè Theodosij Imperium pro arbitrio aulicorum, non pro ratione consilij ministratum interijt; tantaque moles corruit, cum eius fundamētum, nempe religio purè seruata conuelleretur. Accidit istud quidem, vbi non amplius vsus est Theodosius S. Pulcheriæ consilij, sed Chrylaphij canuchi Præfecti cubiculi inflammatis odio & amulatione affectibus se suaque regenda commisit. In quæ verò malorum abrupta, peccatorumque voraginem tali duce Theodosius miser inciderat; suis locis infernus apparebit. Quo modo autem hoc eodem anno Impetium Orientis rursus ab Attila Hunnorum Rege afflictatum est, Marcellinus sub anno huius Consulibus: ita summatim perstringit: nimirum ipsum potentissimum atque ferocissimum barbarorum Principem ab Oriente progressum, vsque ad Termophilas puenisse victorem, occiso, qui se illi obiecerat, Magistro militiæ Theodosij Imperatoris; eoque miserimi status Theodosium esse depressum, vt eiusdem Regis sponte sibi tributarium constituerent: respondens animum, cum resistere ferro non auderet, auro pacem redimere curauit, missiq; legatione, annuâ pactâ pecuniâ, Impetium continuo barbarorum ce-

THEOD. SYSTRI. SVTYM. PENDIT. ATTILÆ.

*Termopolim, Hermonopolim.

ptam tamen ab Hunnis illatam cladem Orientalis Imperij, ad duos etiam sequentes annos propagatam esse, idem Marcellinus docet: cum tandem (vt dictum est) Theodosius Imperator vitans totius funus Imperij, ignominiosè admodum cum scio tyranno eo modo transegit, illumq; in Occidentem conuertit. Est quidem elegans atque perbreuis Theodoretus ad Sallustianum epistolâ de eiusmodi barbarorum eruptione, quam non alia de causa, quam ob peccata obuenisse testatur his verbis:

Sacer dies nobis quidem consueta spiritalia atulit dona: tamen amari peccata fructus illa sunt cum letitia non permisissent: hæc enim horum germina & ab initio tribulos, spinas, & sudores, & labores, & dolores germinauerunt: nunc verò etiam terram ipsam aduersus nos conuertit per terramotus, & barbarorum turbas vniuersè aduersus conuertit. Nos verò lugemus, quoniam dum Deum bona largiri nobis cepit: contraria facere illum cogimus, & penam infigere: consolanur nihilominus, dum eius misericordia abyssum in memoriam reuocamus, & credimus quoniam non abiicit Dominus populum suum, & hereditatem suam non derelinquet: Tuam verò magnificentiâ ego saluto: & oro, vt de bona aeternitate tua, quæ mihi optatissima est, me doceas. hæc ad Sallustianum Theodoretus; quæ ipsum hoc anno scripsisse existimamus, quo (vt dictum est) superius vnâ cum Attilâ gressatione teterræ motus Orientem conuertit, cuius Theodoretus hæc eadem epistolâ ineminisse videtur. Hoc eodem anno famem & pestem Constantinopolim inuasisse, templumque regiæ ciuitatis igne crematum esse, Marcellinus affirmat, quoniam ipse memorat anno superiori, sed per anticipationem, vt alius fecisse noscitur: nos verò vt singula quæque singulis reddamus annis, hic eadem collocamus.

a Theod. 447. ar. XXVIII. THEOD. RETI. QUOD DE CLADI. BVS HY. 113. TEM. FORAL.

IESV CHRISTI

Annus 447.

LEONIS PAP. Annus 8.

THEOD. 40. IMP. VALENT. 23.

ANNVS agitur Redemptoris nostri quadringentesimus quadagesimus septimus, Consulatu Alypij, siue Callypij, & Ardaburij signatus: quo S. Leo Romanus Pontifex peruigili sollicitudine curæ incumbens vniuersalis Ecclesiæ, in Hispanias conuertens oculos & figens obtutus, laborantes eas adhuc plebsq; in locis nefandorum Priscillianistarum erroribus, liberet penitus festinauit: & qui iam semel ad fucidendos infelices Manichæorum palmires silicem accepterat; ad præcedendas etiam infasitas radices Priscillianistarum erroris Manichæis affinis Apostolicam securam admouit. Cum enim, ingruentibus barbaris Wandalis primùm, Gothis, atque Sueuis, florentissima illa Hispaniarum Ecclesiâ sanctissimorum Antistitum solita cultura careret, pulchra mutata facie, reddita est veluti ager incultus vepribus vndique oppletus ac spinis, in quibus sua quærerent feræ latibula.

Nam sanctus Turibius Asturicensis Episcopus vehementi Catholice veritatis ardore succensus, luitans Hispanias, iusta eiusmodi inueniens bestiarum, ad eas pellicidas, eamq; latebras destruendas, Apostolice sedis, à qua sincerum accepterat Hispaniæ Euangelium, subsidium implorauit: nulloq; ad hoc opus suo diacono Romam, de omnibus reddidit Leonem Pontificem certitorem. Qui absque mora de cunctis, quæ agenda essent, redditis literis, Turibium monuit, extat eiusmodi S. Leonis epistolâ, cuius est exordium: *Quam laudabiliter pro Catholice fides restitute monachi, &c.* Sed ante quam ea, quæ sancti Leonis auctoritate gesta sunt, prosequamur, de Turibio primùm dicendum erit. Hic quidem sanctitate & doctrina polles, zeloque exaltatus dominus Domini, ex animi arbitrio spontaneam peregrinationem suscipiens (vt dictum est) iustravit Hispanias, vt qui esset Ecclesiæ status, agnosceret, eisdemq; pro vitium facultate consuleret. Aboluta autem itinere suscepti peritodo, de his, quæ competisset, ita scripsit ad Iudacium & Ceponium primarios Hispaniarum Antistites:

I. II. V.

Las ap. 07. 113. 114. 115. 116. 117. 118. 119. 120. 121. 122. 123. 124. 125. 126. 127. 128. 129. 130. 131. 132. 133. 134. 135. 136. 137. 138. 139. 140. 141. 142. 143. 144. 145. 146. 147. 148. 149. 150. 151. 152. 153. 154. 155. 156. 157. 158. 159. 160. 161. 162. 163. 164. 165. 166. 167. 168. 169. 170. 171. 172. 173. 174. 175. 176. 177. 178. 179. 180. 181. 182. 183. 184. 185. 186. 187. 188. 189. 190. 191. 192. 193. 194. 195. 196. 197. 198. 199. 200. 201. 202. 203. 204. 205. 206. 207. 208. 209. 210. 211. 212. 213. 214. 215. 216. 217. 218. 219. 220. 221. 222. 223. 224. 225. 226. 227. 228. 229. 230. 231. 232. 233. 234. 235. 236. 237. 238. 239. 240. 241. 242. 243. 244. 245. 246. 247. 248. 249. 250. 251. 252. 253. 254. 255. 256. 257. 258. 259. 260. 261. 262. 263. 264. 265. 266. 267. 268. 269. 270. 271. 272. 273. 274. 275. 276. 277. 278. 279. 280. 281. 282. 283. 284. 285. 286. 287. 288. 289. 290. 291. 292. 293. 294. 295. 296. 297. 298. 299. 300. 301. 302. 303. 304. 305. 306. 307. 308. 309. 310. 311. 312. 313. 314. 315. 316. 317. 318. 319. 320. 321. 322. 323. 324. 325. 326. 327. 328. 329. 330. 331. 332. 333. 334. 335. 336. 337. 338. 339. 340. 341. 342. 343. 344. 345. 346. 347. 348. 349. 350. 351. 352. 353. 354. 355. 356. 357. 358. 359. 360. 361. 362. 363. 364. 365. 366. 367. 368. 369. 370. 371. 372. 373. 374. 375. 376. 377. 378. 379. 380. 381. 382. 383. 384. 385. 386. 387. 388. 389. 390. 391. 392. 393. 394. 395. 396. 397. 398. 399. 400. 401. 402. 403. 404. 405. 406. 407. 408. 409. 410. 411. 412. 413. 414. 415. 416. 417. 418. 419. 420. 421. 422. 423. 424. 425. 426. 427. 428. 429. 430. 431. 432. 433. 434. 435. 436. 437. 438. 439. 440. 441. 442. 443. 444. 445. 446. 447. 448. 449. 450. 451. 452. 453. 454. 455. 456. 457. 458. 459. 460. 461. 462. 463. 464. 465. 466. 467. 468. 469. 470. 471. 472. 473. 474. 475. 476. 477. 478. 479. 480. 481. 482. 483. 484. 485. 486. 487. 488. 489. 490. 491. 492. 493. 494. 495. 496. 497. 498. 499. 500.

Sancti